

In conventionem Generali Piotrowia in  
 Maiestatis Regiae absentia per Praelatos  
 et terrarum Nuntios pro Dominica Remini:  
 scere celebrata, ea ea q̄ ad Maiestatem  
 Regiam hū Vilnam Dominus Phezen, Episcopo  
 Domino Vincentio, Paulo Lela Palatino Podlia,  
 Martino de Skothniki Iudice Sandomiriensi  
 et Jaroslav de Lasko Tribuno Siardiensi,  
 Legatis existentibus, Maiestas Regia suasu  
 Dominorum Piotrowia existentium, Decrevit  
 Nuntios et Legationes infrascriptas, videlicet  
 ad Illustrissimos Dominos Ducem Sigismundum  
 Mipnen, Masovia Dues, Magistrum Prupia  
 Hungariam, et forsam ad Dominum apostoli  
 cum.

Illustrissimo Principi Domino Duci Sigis-  
 mundo.

Salutem et amorem fraternum.


Posteaquam intellexit Maiestas Re-  
 gia, quia Illustritas Vestra dignata erat illud  
 assumere onus, et liberari posset Dominus  
 Opalenski Iudex Posnamiensis, audivit illud  
 libenter, et licet Vestra Illustritas, rem in hoc

Subditis

subditis sue Maiestatis Universis faciet gra:  
tam, tamen sua quoque Maiestas rogat, di:  
gnetur negotium et prosequi, et efficiere, ut li:  
beretur.

Ut autem Vestra Illustritas facilius illi  
liberationi intendat Maiestas sua, nos ad  
Vestram Illustritatem misit, quatinus nos quovis  
vive aliter nostrum, vive uterque in furia  
Illustritatis Vestrae illud faceremus Maiestatis  
Regiae nomine, quod pertineret ad maiesta:  
tem Regiam pro liberatione illa deducenda, quod  
Vestra Illustritas suaderet faciendum, ejusdem  
Maiestatis Regiae nomine.

Præterea commisit Maiestas Regia  
referri Illustritati Vestrae, quia in Conven:  
tione proxime præterita Piotroviensi non:  
nulla exactiones sunt decreta pro Reipublicae  
necessitate, quae cum auxilio Capitaneorum  
exigenda erunt Maiestas Regia rogat,  
Illustritas vestra dignetur mandare Capita:  
neis et Officialibus bonorum Regalium, quae

Vestra  


Vestra Illustritas tenet, et non impedi-  
ant exactiones illas, easq; De bonis illis, que  
gubernant dari iubeant, et alia faciant  
que instituta sunt Piotrovis.

In eadem Conventione, querela dice-  
bantur contra Illustritatem Vestram, que  
Majestati Regie erant in scriptis Con-  
ventionis missa, qualiter factores Illustrita-  
tis Vestre opprimunt Subditos Majestatis  
Regie, et injurias eis inferunt Diversas ser-  
vitores etiam Regni sue Serenitatis et oppi-  
dorum incole queruntur, prout in Maximis  
et alibi, quia factores Illustritatis Vestre  
pouodas dari prohibent nuntijs et alijs cum  
litteris Majestatis Regie existentibus.

Quapropter Majestas Regia rogat,  
dignetur Illustritas Vestra illis prohibere, quod  
premissa non faciant.

Singulariter autem optat, dignetur  
pro evinendo iudice predicto suam interponere

Auctoritatem

Auctoritatem Ducalem, sic vero non solum  
Majestati Regiae, sed universis suae Sereni-  
tatis Subditis rem faceret gratissimam,  
quam illi universi mereri studebunt eidem  
Illustrati vestrae, et Majestas Regia illi  
vestrae Illustrati fraterna benivolentia  
et charitate repondet.